UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Argumentum primæ partis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601

Visual Library

VENERABILIS PATRIS

THOMÆ à JESU,

CARMELITÆ DISCALCEATI,

EXPOSITIO

IN

REGULAM ORDINIS CARMELITARUM

AB

ALBERTO PATRIARCHA

Hieroſolymitano traditam.

PRIMA PARS HUJUS OPERIS

DE REGVLIS, SVB QVIBVS ORDO CARMELITARVM AB

initio ſuæ inſtitutionis militavit.

Argumentum primæ partis.

RECTUS *diſſerendi ordo poſtulat, ut in hac priori operis parte, quæ præfationis vices gerit, agamus de illis Regulis, quibus Ordo noſter à prima ſua ætate fuit aſtrictus; ut ſic gradatim ad Regulam* ALBERTI *deſcendentes, ejus ſenſum, & mentem clarius percipiamus. Cum enim Regula hæc ab aliis prioribus, antiquioribusque fuerit deſumpta, his primis fontibus perſpectis, facile erit rivulos ex eis fluentes colligere. cùm igitur Carmelitarum Ordo tres vivendi normas à ſua prima origine agnoverit, in tria potiſſimùm capita prior hujus Operis pars diſſecabitur. In prima, de regulis à majoribus noſtris tempore legis ſcriptæ, & primitivæ Eccleſiæ uſque ad* IOANNIS *Epiſcopi Hieroſolymitani ſæculum ſervatis: In ſecunda, de Regula à celeberrimo hoc viro (quam alij ſanctum appellant)* IOANNE *Patriarcha Carmelitis tradita dicam: Et in tertia Regulam* ALBERTI, *(quæ hodie in diſcalceatorum familia ſervatur) cum ſuis mitigationibus proponam. Ita tamen hæc erunt à me præſtanda, ut circa unamquamque Regulam conſtet de Authore, de tempore, de loco, & de aliis circumſtantiis, quæ rem ipſam notiorem reddere ſolent.*